UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De culpa, & pæna frangentis Sigillum, Cap. 9

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

tenti, propter ejus puritatem, Confeſſarius majora benevolentiæ ſigna oſtendat, quam aliis; his enim ſua, ut ſupponimus oſtendit, quamvis non ſpecialia. Adverte etiã in aliqua materia, propter ejus qualitatem, & gravitatẽ, non reputari levem ſuſpicionẽ, quæ aliàs fortaſſe levis eſſet: v. g. quæcunq; occaſio daretur marito, etiam levis, ſuſpicãdi adulterium uxoris ſuæ, eſſet graviſſimè contra Sigillum, quia nimis difficilis redderetur ex tali periculo. Hæc ille.

CAPUT IX.

De culpa, & pœna frãgentis Sigillum

Prap. de pen. q. 11. *d* 2. *n.* 18. & *d.* 4 *n* 39. *Caſt. de pœn. p.* 19 §. 1. *n* 2 *Bon l. c p* 2 *n.* 1 & 4.

QVantum ad culpam. In fractione Sigilli tria peccata cõmitti poſſunt. Primò contra Religionem, ſeu reverentiam debitam Sacramentò. Secundo, contra juſtitiam, vel

Cha-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

catem ſi quid detegatur, unde quis notetur infamia. Tertiò contra fidem datam, ſeu ſecretum naturale, ſi res erat occulta. Primum ſemper eſt mortale. Secundum, & tertium tunc ſunt venialia quando infamia, vel infidelitas eſt in re levi; ſecus ſunt mortalia, cum obligatione reſtitutionis famæ damnique ſecuti.

2 Dixi (primum ſemper eſt mortale) materia enim Sigilli parvitatem non habet, ex omnium ferè *b* ſententia Solum invenio Sa, *c* cui ex parte favet Ledeſma *d* & Sotus *e* ſic dicentes: Revelare aliquid leve confeſſionis, modo ſit peccatum, quidam putant eſſe mortale, quod mihi durum videtur.

3 Quantum ad pœnam, Nulla nunc pœna confeſſionem patefacienti eſt in iure lata: *f* ſolum in cap Omnis utriuſque ſexus de pœnitentia dicitur: Revelare deb

b *Apud Dian. p. 5 tr. 5 reſ. 8*

c *Sà v. Conf. n. 24. in imp. genuina.*

d *Ledeſ. ap. Dian. ib.*

e *Sotus apud eundem.*

f *Coninch d. 9 de pœn. du. 4. n 70. Dian p. 5 Tr. 11. reſ 51 aliique*

debet deponi à Sacerdotio, & in arctum Monaſterium detrudi. Quæ cum ſit pæna ferenda, ei, quis non niſi poſt Iudicis ſententiam, ſubiacebit : atq; hæc quidem pæna; quæ certè eſt ordinaria, uni *C*onfeſſario imponitur, ſi hac in re delinquat, ceteris erit extraordinaria à Iudice, pro qualitate criminis, taxanda, ut in ſuperioribus c. 4. num 5. inſinuavimus.

FINIS.